



Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Natalis Chabanel.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

expiaret, alios igni iam inie-
ctos baptismō ablueret, duo-
bus tribus uè globis traiectus
est. Iacebat ille iam propin-
quæ morti vicinus, cùm con-
specto Hurone Christiano
(qui decem ferè pedū inter-
vallo ab illo dissitus animam
agebat) ad eum reptauit, &
eum expiauit; mox penes il-
lum triumphalem animā edi-
dit, cùm tunc illicò eius ca-
put iratus Hiroquæus bar-
barus securi gemino iectu im-
pressâ ita confregit, ut ce-
rebrum quoque illi elise-
rit.

Charitas.

P. Natalis Chabanel, eius
socius, breui post illum, in-
certum quâ morte, interiit.
Dedi de illo plura in mor-
tibus illustribus. Aliqui
ab apostata quodam fuisse
trucidatum haud ex vano

R 2 pro-

produnt. Argumentari licet è spolijs, & occasione planè idoneâ ; denique è minis illis quæ ex eius ore auditæ sunt dicentis ; brevè quempiam è Sacerdotibus Christianis manu suâ cædendum.

P. Julius Cæsar Margicus.

P. Serrarius Caputus (vir ille sanctimoniae laude usque ad admirabilitatem celebratus) illi in Philosophia literarum simul & eximia virtutis magister fuit. Optabat Societatem, ut Indias & martyrij gloriam istic adipisceretur ; cum tam fœcundas earum palmarum Indias esse literæ nunciarent. In India, post alia, Siamensium saluti nauauit operam. ibi ab interprete suo perfido per calumniam accusatus,

Italus.
in Siam.
incerto
enense.
1630.
ætat. 44.
Soc. 26.